



Lingva Avrea Christianorvm

Ruben, Leonhard

Padibornae, 1606

Capvt 36. Sacris monialibus id maximè commendatum esse debet, quod probatur horribilis quodam exemplo.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56433](#)

CAPUT XXXVI.

Sacris monialibus id maximè competit,
quòd probatur horribili quo-
dam exemplo.

Primò, Diuus Hieronymus in
suis regulis Monialiū, quarum
meminit Marcus Marulus libro 4.
citato capite 6. eas fœminei sexus
personas, quæ in monasterio sa-
cris initiatæ sunt instruens, in hæc
verba eas monet, silentij mo-
dum, tempora & loca obseruare.
Volo charissime, vt in conuentu
vestro, ter aut pluries in hebdo-
mada, exceptis festiuitatibus lo-
qui omnino, nisi vrgente caufsa
perutili & necessaria, nullatenus
liceat, nec simul, nec cum alijs
extra. Diebus verò omnibus,
quibus & pro remedio, & pro
salute loqui conceditur, non sin-
gulis horis vacandum est verbis,
quæ vix proferri sine peccato
possunt : Sed hæc inuiolabilis

Monia
lium
silen-
tium.

obseruatio vigeat, quod singulis
noctibus post peractam horam
completorij, usq; post missam, &
a tertijs usq; ad nonam sacra obser-
uentur silentia. Quatenus & lin-
guæ Deum laudandi concedatur
opportunitas, & inutilia verba pe-
nitus abscindantur. In choro vero
Ecclesiæ ad diuinæ laudes parato,
dormitorio, cœnaculo, claustro,
ac capitulo, omni tempore loqui
non deceat, nisi ea quæ ordinata
sunt in laudibus Dei, ut iam & tem-
pus & locus religionis vestræ præ-
dicent sanctitatem, & loquacibus
compunctionem ingerant, & in-
trandi ad societatem vestram san-
cta desideria incitent, & affectus ad
cœlestia moueantur.

ob file-
tium
multi-
trahū-
tur ad
religio-
nem.

Secundò, quam vero studio-
se id ab illis obseruandum sit, do-
cetur horribili quodam de loquaci-
moniali exemplo, quod D. Gre-
gorius tradit lib. 4. dialogorum

cap.

cap. 57. Vir namq; vitæ venerabi-
lis Felix Portuensis Episcopus Sa-
binensi prouincia ortus atq; nutri-
tus est. Qui quandam sanctimonia-
lem fœminam in loco eodem fui-
se testatur, quæ carnis quidem cō-
tinentiam habuit, sed linguæ pro-
cxitatem atq; stultiloquium non
declinavit. Hæc igitur defuncta
atq; in Ecclesia scupta est. Eadem
quoq; nocte custos eiusdem Eccle-
siae per reuelationem vidit , quia
deducta ante sacrum altare per me-
dium secabatur , & pars vna illius
igne cremabatur, & pars altera in-
tacta remanebat. Cumq; hoc sur-
gens manè fratribus narrasset, &
locum ostenderet in quo fuerat
igne consumpta, ipsa flammæ com-
bustio ita ante altare in marmori-
bus apparuit; ac si illic eadem sœ-
mina igne corporeo fuisset con-
cremata. Hæc ille. Quod exemplū
illi qui sacrarum virginum præ-

Hor-
ribile
exem-
plum
de mo-
niali
loqua-
ceo.

sunt congregationibus & domi-
cilijs si s̄epiū illis inculcauerint,
rem fecerint suo officio dignam,
& virginibus ad cautelam profi-
cuam.

C A P V T XXXVII.

*Pauper l̄esus, & populus audiens bla-
sphemias, tacere debet.*

*Paue
per l̄e-
sus tas-
cebit.*

*Portio-
cus fer-
p̄tior
ca in
o'yme-
pia.*

*Chris-
tus
pauper
& tas-
cens.*

DE primò loquens Ecclesia-
sticus sic ait. Eccli. 13. 4. Di-
nes iniustè egit, & fremet, pauper au-
tem l̄esus racebit. Tales pauperes
pauci iam inueniuntur, sed l̄esi ver-
bo vno, reddunt aliquādo septem,
similes porticui in olympia quām
teſte Plutarcho in moralibus septi-
vočam vocant, quōd pro vna voce
multas redderet : ità locutullæi
quidam, inquit, vel vno prouoca-
i verbo sermonem imēnsum red-
dunt. Non ità id didicerunt à Sal-
uatorē nostro. Qui Psalm. 69. 6. †
108. 22. egenus & pauper. Et Psal.